

CAROLVS AL- LOBROX.

seu

DE SVPERVENTV ALLOBRO^G, GVM IN VRBEM GENEVAM,

HISTORIA.

NIMIS superbè naturæ suæ fudit genus humanum , quòd bellax atq. fortis virtute sua potius, quam consilio Dei regatur. Nam contrà reputando in actionibus rerum nihil opportunum factu invenias, magisq. imbecillitatem, quam virtutem esse, quæ Deum spoliat procreatione, quippe dux enim atq. dominator rerum humanarum Deus est, qui omnia nutu suo regit; cui à natura atq. vi non æquiparabili *Domino exercituum nomen est, Deo Sa-*
tere. 11. 17.
baoth. Scilicet bellum terrâ mariq; comparare, amministrare cum illis, quos perditos atq. profligatos super sceleribus studet. Ad eam rem improbis patiter atq. bonis utitur : neque humanarum virium eget, quas ille vel dare, vel eripere, cui vult, potest. Cetera rerum mortaliū eiusmodi sunt, ut in illis

nulla stabilis spei possit esse fiducia. Haut cohortes,
excubiae, delecta iuventus: non armorum, telorum,
equorumve pollutia; nec machinæ, tormenta, vim
hostium impetumq. præalent. Montes saxei, castel-
la patentia, propugnacula immensum edita, peran-
gusti aditus, loca præcipitia, ardua atq. difficultia
sunt, quam insuperabilia.

Psal 127. 1. et c. Nisi Dominus custodiat ci-
vitatem, frustra sedulus est custos: frustra sunt, qui
summo diluculo surgunt, qui tardè sedent: ita dat dile-
ctis suis somnum, qui cultum sui, probitatem, indu-
strialiam, ceterasq. bonas artes sustinent. Horum re-
cepit esse currus & auriga: in necessitudine rupes ro-
busta, locus munitissimus ad seruandum eos, petra &
munitio, quos propter nomen suum agitat & deducit.

2 Reg 2 12. At verò impios & consceleratos, qui capti pravis cu-
pidinibus ad superbiam & crudelitatem pessimumdati
sunt, perniciosa libidine paulisper usi: ubi Deum ne-
glegere, sacra profanaq. omnia polluere, nihil pensi
sanctiq. habere, quo ad visum est, potuerunt, relictos
atq. desertos habet, malæ nempe adversitatis mon-
tes semper maximos ad portas conspicantur. Postil-
la ubi ad se redire neglegentes sunt, continuò pro
malo mœrore summum exitium venit, ut omni spe
opeq. occisa, nusquam reperiant stabulum confi-
dentiæ. Quod si itaq. animos mortalium subit op-
primere gentem, an hostem expugnare, non urbis
species

species videnda, num incustodia maiorem vim ad co-
hortandum habeat, quam munitio ad deterrendum:
sed mores civium probè perspiciendi. *Mala animi*, August. de
mala vita, mala morum ita magna sunt, ut his doctis.
*Civ. Dei l. 2.
c. 15.*
simi viri etiam stantibus urbibus Respub. perire confir-
ment. Quos inter princeps Comicus eleganti ac sa-
pienti versu scripsit:

Si incola benè sunt morati, pulcrè munitum arbitror, Persa a. 45
Perfidia & peculatus ex urbe, & avaritia si exsulant: I. 4.
Quarta invidia, quinta ambitio, sexta obtructatio,
Septimum periurium, octa-via indiligentia,
Nona iniuria, decimum, quod pessum ad gressu, scelus:
Hac nisi unde aberunt, centuplex muros rebus servan-
dis parum est.

Ast unde absunt, centena hominum millia rebus
perdundi imparia sunt. Id rerum gestarum monus
menta loquuntur; exempla verificant; id Achori, pru-
dentissimo Ammonitarum Duci, viso fuit opus, Ho-
lofernī persuadere quomodo potis esset. Enim unis
versi principes, duces, satrapæ, assentatione turpi
probabant id, quod Holofernes volebat esse faciū;
unus ille repertus, qui liberius Imperatori inter alia
autumaret: *Domine Imperator, si quis est error in populo isto,* Judith. 5.
& peccatum contra Deum suū, considerandū est:
quia hoc ipsis offendiculo futurū est, & ascendentēs debel-
labimus eos. si autem nō est iniquitas in gente istorum,

pratereat, queso, Dominus meus, ne forte protegat De-
minus ipsorum & Deus ipsorum ipsos, simusq. probro corā
universa terra. Ab hac nota consiliarium si auscul-
tasset Dux Allobrox, quām potius Albignum, hos
minem transfugam & perfidiosum, ne quaquam cun-
ctis mortalibus immortali ludibrio usq; foret. Qua-
dere, quām verissimē potero, paucis absolvam, sed
de Ducis perfidis moribus pauca priūs explananda
sunt, quām initium narrandi faciam.

C A R O L V S E M M A N V E L , Dux Allobrogum &
Taurinorum, est pusilla vī & animi & corporis, quip-
pe gibber, sed ingenio malo pravoq. Huic ab ados-
lescentia bella, cædes, clades subditorum, vastatio du-
catus, discordia principū, grata fuere; que verò igna-
vus homo & timidus, ab alijs, quām à se, exercere ma-
luit. Animus procax, subdolus, inconstans, alieni
appetens, sui profusus, ardens in cupiditatibus, ma-
gicē studiosus, cuius semper habuit exquisitos undiq;
magistros, vœcors homo immoderata, incredibilia,
nimis alta semper cupiebat. Hunc post abitū patris,
Philiberti Emmanuelis, principis metu magis quām
animo sedati, libido maxima invaserat regni erigun-
di; neque id quibus modis assequeretur, dum sibi il-
lud pararet, quidquā pensi habebat. quippe eo gna-
tum ingenio nihil umquam delectavit, quo daut per
naturam fas esset, aut per leges liceret, agitabatur ma-
gis

gis magisq. in dies animus ferox Pontificis Romani
promissis & Hispaniarum Regis: cum illi vana qua^z
dam atq. inania de prisco, seu Burgundo, si Cottio
regno, tollendi Galliarum Regis falsa spe inducti,
pollicebantur ipsi nimirum aurum dabant, hic opes
ram. Sed de perfidijs eius atq. scelere quibus se vos
lens violavit, si singillatim aut pro multitudine pa-
rem differere, tempus, quam res, maturius me deses-
ret, quamobrem, cum res ipsa hortari videatur, quan-
tum memoriâ repetere possum, pauca recensebo.

Germanus miles, extincto bello Ligico, domum
repedans, Allobrogiam, fide publica data, qua ut ute-
rentur vi argentea impetrarant, ingreditur. Dux me-
mor cladis ab hac gente acceptæ, per fidem deceptos
partim manubijs spoliatus; plerosq; pestilibus morbis
inficit, venenato per hospitia commeatu, & ex calce
vitiatis haustibus; alios languentes ac semineces os-
mnibus exemplis cruciat, exitijs trucidat. Perivit eo
scelere, præter alios summates viros, Dux quoque
Bullioneus Germanicarum legionum imperator.

Est urbs in Taurinorū regione, qua de, qual^{eclis}
eus narravit, referam. Ea libera quondā, nec domi-
nationi Ducis parens, ab hominum institutis ad Dei
religionem, sanctimoniam priscæ Ecclesiæ demigra-
vit. Dux, per simulationem religionis, vi, ferro, metu
obsessam urbem tenere & labefactare cœpit. Cons-

exæquato periculo, animus amplior esset, atq. cohortes pro loco atq. numero instruxisset. Nam ubi plana via erat inter dextras ædes, & ab sinistro clivulo, ipse propter scalas cum cohortibus delectis pro adscensu pugnare debebat: reliquas cohortes in sublisis dijs collocare, portas ac proxima loca centurionibus dispertere, ut alios in Monetaria, alios T artalsia, curare iuberet, impetumq. civium sustinere: nonnulli los portis vicinas ædes, etiam eas, quæ scalarum è regione, occupare, unde excurrentibus oppidanis, glandibus complerent corpora, sicq. cives ludificati incerto prælio, modò minus fauciarentur, nec contraria feriendi aut conserendi manum aperta copia esset, dum Hispani & Neapolitani cum pontibus, phalaricis, alijs machinamentis, Novam portam expugnarent. Verum non Homo, non Fores: *Domi conte- Iudith. 16.*
rens bella omnia regebat, is obfirmavit cor Ducis, ut ^{v 3} *Exod 14.* persequeretur Genevenses, quò glorificaretur in Duce @ in omnibus copijs eius, experienturq. Allobroges esse tehoriam, cui salus Genevæ, ubi nomen suum purè sancteq. colitur, sit curæ.

Parta victoria, & urbe tranquillata, coss. dispossitis præsidijs, uti res atq. tempus monebat, convoatio senatu sexaginta virorum, referunt, quid de his fieri placeat, qui in custodijs traditi erant. Illi ita censem: cùm nefario ausu, in pace publica, urbs in maxi-

ma pericula venerit: hiq. manifestò oppresi, confessi
siq. sint cædem, incendia, aliaq. foeda atq. crudelia fa-
cinora in amicos paravisse, de his, sicuti de reis rerū
capitalium, supplicium sumendum. id verò, non ut
pœnam pro factis eorū infligant, verūm quòd, quæ
de his statuerint, pro certo habuerint, se simul de o-
mnibus Allobrogibus, qui in pace & per inducias
tanta nefaria facinora ausuri forent, decernere: &
quanto se attentiūs ea egerint, tanto illis animum in-
firmorem fore. Postquam sententia data est, coss.
optimum factu rati, diem præsentem, qui erat Do-
minicus, antecapere, ne quid eo spatio novaretur,
prætorem, quæ ad supplicium postulabant, parare
iubent. Est inibi locorū, ubi mœnia concenderant,
munitionem prominens, quod Oyanum Franca
lingua, id est, Anserinum, vocitatur. Illuc bifurcum
patibulum damnatis constituitur è conspectu Allo-
brogum, in quod postquam, manibus abantè ligas-
tis, sublevati sunt Sonatius, Chaffardon, & Attigna-
cus, spicator, cui præceptum fuerat, laqueo gulas
fregit, ita illi Barones, ex clarissimis familijs orti, qui
bus cùm mors ob principem suum habita honori
fuisset, turpissimū supplicium occasu glorioso præ-
optarunt, neq. enim veniam exspectare Sonatius
poterat, qui necis paternæ (is ab Genevensibus, du-
ctor exercitus Allobrogici, iusto prælio internectus
est)

est) primus mœnia ulciscendæ superauit, multo mis-
nus Attignacus, ter quaterq. perfidus, eaq. re amor
& delitiæ Ducis, omnium, quæ impiè nefarieq. in
bello Ligico alia super alia in Ecclesiæ ausus est, gra-
tiam sibi fieri. De reliquis tenuioris notæ militari-
bus, qui adæquè turpiter se transdiderant, eodem
modo supplicium sumptum est. Scilicethorum au-
daciam initio auxisse quædam incantamenta carmi-
num, quæ ab Iesuitis Thononianis accepisse aiebāt,
quibus se munirent contra hostium virtutem & vi-
res. Visebantur in illis cruces, principiū Evangelij Jo-
hannis, nomina Mariæ, Iesu, Trinitatis, & hauscio
qui ignoti characteres, sub signatis verbis istis lingua
Franca: Quicunq. hanc scedula portaverit, eo die
non peribit neq. terra, neq. aqua, neq. gladio, nec
mendax fuit, licet sollemnia sua fraudus sit, Satan.
Nam, scheda noctu ablata, strangulati in aëre perie-
re pomeridiano, Cadavera triduum & trinoctium
spectaculo fuere, suspensorum in cruce: ceterorum
quodq. uti steterat, animamq. amiserat, iacens per
vias, quatriduo post, sententia senatus, de cruce des-
positi capite truncantur. idem fit ceteris per carnifi-
cem, capita in gabalo insiguntur, numero L X V I I .
ita ignominiantur perfidi & ruptores pacis, qui ul-
tioni & gloriæ mactantur. trunci Rhodano ad mare
mittuntur, ubi piscibus præbeant pabulum. Scilicet

Vlpian.lib ut quoā ipse quis in alterius persona equum esse credidis
I. S. I. D. Quodquisq; set, id in ipsius quoq; persona valere patiatur. Dixerat,
vir. in alt. Allobrox; persequar, asequar, diuidam prædam: ex-
stat. etc. Exo. 15. v. 9 plebitur eis anima mea, ex seram gladium, afferet eos in
Iudit. ul. v. chereditatem manus mea. Dicebat se incensurum terminos
Genevæ, et adolescentes eius sublaturum gladio,
laetentesq; abiecturum in solum, et infantes eius expo-
situsum depopulationi, virginesq; ciuius prædaturum, cor
ibid. v. 7. pora omnia missurum in profluentem. Sed Dominus
Iud. 5. v. ult. omnipotens deturbauit eos manu robusta. Sic pereant
omnes inimici tui, Iehova: at diligentes eum roboren-
tur, ut cùm procedit Sol in robore suo.

E civibus interiere decem & septem, quibus ins-
tra mœnia sepultis S.P.Q. G. monumentum pub-
licum contra morem posuere, quippe quorum for-
Cic. de Ami tunatior mors, qua naturæ debita propatriâ est potissi-
mum redditæ. eadem die scalæ, mallei, forcipes, crates,
petardi, aliaq; spolia in trophœo sunt fixa, deniq; se-
natus præda adoreaq; affecit eos, quos præ alijs for-
titer in prælio fecisse inaudierat.

Dum hæc Genevæ aguntur, varijs nuntijs per-
fertur, hostem scaphas ex corio concinnare: adhoc
malleolos ad incendendū urbem, globosq; ex pice,
bitumine, pulvere, alijsq; id genus incendijs somen-
tis, his in urbem per aëra volitantibus, acerrimè op-
pugnaretur terra mariq; urbs, ut ab incendio restin-
guendo